

natura sua, non autem per accidens, & per aliud; & falsum est prolixius adhuc hoc sequi admittit inter ea distinctione formali, vel obiectiva, neque id sufficienter probat instantia facta de animalitate respectu rationalitatis, nam animalitas non est ipsa perfectio identitate cum rationalitate, sicut ens cum bonitate, & universaliter quodcumque subiectum cum sua passione, quia realitas generis, & differentia identificatur tantum ratione tertia qua si abstractantur, non amplius remanent eadem realiter, & hinc est, quod animalitas in abstracto nequit dici rationalis, ut inferius patet in disputatione octava, quaestione sexta, articulo secundato ad non ita est de subiecto, & passione, nam non solum sunt unum unitate unionis in tertio, ut genus, & differentia, sed etiam unitate identitatis, ut docet Doctor 2. distinct. 12. quaestione secunda ad 1. princ.

Secundo contra 2. concl. arguunt Auctores 1. sent. probando bonitatem, quae est passio entis consistere in perfectione, & integritate rei in se, praeteritum quoad essentialia, nam ex 7. Metaphysic. ratio boni, atque perfecti sunt eadem ratio, nam in tantum ali- quod est bonum, inquantum est perfectum. Tum 2. quia ens, & perfectum non sunt synonyma, non enim cum dicitur ens est perfectum, est propositio identica, ergo cum necessario perfectum supponat ens, erit passio illius, tum 3. quia denominatio perfecti potest, & solet intelligi sub nomine bonitatis, concurrens etiam omni enti, nam omne ens est in seipso in suo gradu, nec deficit, & integrum, consequitur suo modo ad rationem entis, quia ex quo aliquid est ens, est perfectum in sua ratione entis, ergo bonitas in hoc sensu est passio entis. Tum 4. D. Dionysius de divinis nominibus cap. 4. definiens quid sit bonum ait. Bonum, ex integra causa, malum autem ex multis, singularibusque defectibus, ergo bonitas rei est eius integritas. Tum 5. ex hoc colligitur Valquez rationem, quoniam si alicui rei deficit quidquam ex eis, quae ad eius integritatem convenire debent, ex illius defectu dicitur, & est malum, unde malum eorum dicimus, cui deficit oculus, vel aliquid aliud, ergo bonitas rei est contra integritate illius posita est. Denique bonum est id, quod omnia appetunt, unumquodque vero appetit secundum quod perfectum est, ergo perfectum, & bonum erunt unum, & idem.

272 Resp. ad 1. quod cum dicitur boni, & perfecti eandem esse rationem, id praeteritum intelligi debere de bonitate primaria, quam diximus conclus. 2. esse modum intrinsecum entis, non autem de secundaria, quae est eius passio; cum autem dicitur aliquid tantum esse bonum, inquantum est perfectum, id necdum intelligi potest de bonitate primaria, sed etiam de secundaria, quia hoc in illa fundatur, unde dicitur res magis, vel minus bona, & nobis appetibilis, secundum quod est magis, vel minus perfecta. Ad 2. conceditur ens, & perfectum non esse synonyma, adhuc tamen negatur consequentia, quod perfectio entis in suo gradu se habeat, ut eius passio, nam potius se habet, ut modus eius intrinsecus, unde cum dicitur ens est perfectum, est propositio, in qua modus intrinsecus praedicatur de re, cuius est modus non autem passio de subiecto. Ad 3. conceditur etiam assumptum, quod perfectio rei interdum intelligi solet sub nomine bonitatis, non quidem secundariae, sed primariae, & quod convenit omni enti in suo gradu, & suo modo consequitur ad rationem entis, adhuc tamen negatur consequentia hinc deducta, quod sit eius passio, quia haec omnia salvantur ponendo, quod sit eius modus intrinsecus, neque modi intrinseci confundendi debent cum passionibus earumdem. Ad 4. auctoritas Dionysii potius est pro nobis, nam illa sua definitio, quam tradit de bono, cum ait bonum est integrum, & perfectum, non est formalis, sed causalis, quia nimirum contingit posita perfectione rei, tamquam fundamento, aliud autem est bonitatem intrinsecam, quae est perfectio rei, aliud formaliter consistere in ipsa, primum asserit D. Dionysius, non secundum; cui accedit intentio Dionysii ibi praeteritum esse, ut explicat Doctor quod. 18. sub H. discernenda assignare inter bonum, & malum morale, per hoc, quod malum consistit ex defectu cuiuscumque circumstantiarum, nam quicumque defectus sufficiens est in moralibus ad vitium, ad unum requiritur concursus, & integritatem omnium circumstantiarum, & ex tali integritate resultat in actu. Ad 5. patet peridem, probat enim solum bonitatem consistere in perfectione rei non formaliter, sed causaliter, & radicaliter, quatenus perfectio rei praecedat tamquam fundamentum, & radix leu causa virtualis, ex qua virtualiter dimanat bonitas, seu convenientia cum appetitu per modum proprietatis transcendentis: unde sicut posita perfectione rei, ponitur quoque eiusdem bonitas non formaliter, sed consecutive, quia ponitur fundamentum eiusdem, ita pariter ablata perfectione, tollitur bonitas consequenter, quia deficit fundamentum eius, quae de causa equum oculo carentem malum appellamus, quia cum ei deficit aliquid membrorum integritas, quae est fundamentum bonitatis integralis, deficit consequenter ipsa integralis bonitas. Ad ultimum, unumquodque dicitur appeti secundum quod perfectum est, quatenus appetibilitas rei fundatur in eius perfectione, eique commensuratur, quia res propter gradum perfectionis, quem obtinent in ordine entium, nostrum alliciunt, & excitant appetitum. Possent alia quoque argumenta contra eandem conclusionem secundam adduci ad probandum perfectionem, & integritatem rei quoad sua essentialia, necdum non esse passionem entis, ad nec etiam modum eius intrinsecum, sed praedicatum eius quidditativum, vel potius integram, & complexam eius ef-

fectiam; hoc enim probare videntur rationes superius adductae, quibus nonnulli Reconciliatores contendent, ex hoc capite ostendere non esse passionem entis, sed jam illas rationes examinavimus in probanda secunda conclusione, & ostendimus ex eo capite non concludere.

Tertio arguitur ad idem probando bonitatem, ut est passio entis, consistere in absoluto, & non in aliquo respectivo, quia cum omnis creatura a Deo procedat, est absolute, & simpliciter bona, ut de fide est contra Manichaeos, itaut, quamvis respectu alicuius sit mala, non sit tamen mala absolute, & simpliciter, hoc autem salvari non potest, si bonitas consistere ponatur in aliquo respectivo, nam per respectum non constituitur simpliciter, & absolute bona, sed tantum secundum quid nempe respectivo, & in comparatione ad aliud, quod non facit rem in se absolute bonam; & hoc videtur esse praecipuum fundamentum Valquez, quia per bonitatem, quae est passio entis, res constituitur in se simpliciter, & absolute bona, non autem respectivo, & tantum in ordine ad aliud, quia tunc non esset bona simpliciter, & absolute, sed tantum alicui. Deinde idem ostenditur de bonitate etiam, ut reperitur in Deo, quia Deus dicitur bonus in seipso simpliciter, & absolute praecedendo ad quocumque alio realiter distincto, unde etiam si creaturae omnes essent impossibiles, nihil Deo deperiret proprie bonitatis, ergo bonitas etiam ut in Deo reperitur, consistit in aliqua perfectione absolute. Demum Meurisse loc. cit. in fine quaestionis loquitur, Doctorem magis in hac sententiam inclinare, quod bonum transcendentem consistit in aliqua ratione absolute, nimirum in ipsa perfectione intrinseca uniuscuiusque rei, ut patet ex his quae habet 1. distinctione tertia, quaestione quinta, & in 2. distinct. 34. quaest. un. & in 4. distinct. 49. quaestione secunda.

273 Resp. quod si sit sermo de bonitate entis secundum id, quod importat a parte rei, nec in absoluto, nec in respectu consistit, sed ab utroque praeceditur, & postea in esse contractio entis absolute est ratio absoluta, & in respectivo relativa; si vero sit sermo de illa secundum id, quod solet a nobis explicari, & circumscribi, melius explicatur per respectum convenientiae, quam per rationem absolutam, non quidem per respectum convenientiae unius rei ad aliam, sed per convenientiam ad appetitum; & quamvis si explicaretur bonitas per respectum convenientiae unius rei ad aliam, bene sequeretur tamen sermo non esse simpliciter, & absolute bonam, sed tantum secundum quid, & respectu illius rei determinate, cui convenienti dicitur, tamen explicando illam per convenientiam ad appetitum, bene salvetur adhuc, quod dicitur simpliciter, & absolute bona, quatenus res secundum propriam perfectionem, quam participat in ordine entium, potest movere, vel terminare actum eiusdemque appetitus tam creati, quam increati, & quatenus sit motiva, vel terminativa cuiuscumque comparatur, semper dicitur bona, & potest etiam dici in se bona, & in se continet perfectionem, quae est ratio talis motionis, & terminationis. Ad 2. concedo in Deo bonitatem a parte rei importare perfectionem absolutam, tamen pro faciliiori captu nostro, eam circumscribimus per respectum convenientiae, non quidem ad creaturas, quibus conveniens est aliqui ob summam perfectionem, sed ad appetitum tam creatum, quam increatum; & quia praeteritum attenditur bonitas per convenientiam ad appetitum increatum, hinc est quod etiam in se extaret, nec possibilibus foret appetitus creatus, nihil Deo deperiret proprie bonitatis, & parum etiam refert, quod talis respectus Dei in ratione boni ad proprium appetitum sit rationis, non realis, cum sit eiusdem ad seipsum, quia hic non est sermo de illo, quoad a parte rei importat divina bonitas, sed tantum de illo, per quod a nobis explicatur, & circumscribitur. Ad 3. falsum est, Doctorem in eam inclinare sententiam, immo potius inclinat in oppositum, ait enim 4. dist. 49. quaest. 4. licet I. §. iuxta hoc quod nec verum, nec bonum ultra esse dicunt rationes absolutas, neque contrarium dicit in locis Meurisse citatis, nam in 1. distinct. 3. quaest. 5. non loquitur de bono transcendentem, sed de bono creato, ut sic, quemadmodum etiam Auditor ille fatetur, & cum negat consistere in respectu, non loquitur de respectu convenientiae, sed de respectu ad bonum increatum; neque in 2. dist. 34. quaest. un. agit de bono naturali, sed morali, quod etiam non in absoluto, sed in respectu determinat consistere, nec tandem id habet 4. dist. 49. quaest. 2. immo potius ibid. in solutione ad 1. quaest. videtur bonitatem reponere in ipsa re appetibilitate.

Quarto arguitur contra tertiam conclusionem Auctores 2. sent. probando bonitatem transcendentem consistere in convenientia unius rei ad aliam, ut perfectionis illi convenientiae, sic arguit Auditor 2. d. 2. art. 1. quod nullus est formaliter ratio boni, quod posito circa aliquid statim sibi tribuitur ratio boni, sed bene in quocumque voluerit rationem convenientiam, & perfectionis, statim habet rationem boni, tolle etiam quod conveniat aliter, & remaneat nec congruens, nec perfectus, statim deficit ab illa ratio boni, ergo &c. Major patet, probatur minor, venenum eo quod congruit serpenti, & per se ipsum, ideo est sibi bonum, & contra autem quia non competit homini, immo est ei disconveniens, ideo non est bonum homini, quod etiam est bonum alicui, aliquo modo est et malum alio tempore, & hoc quia uno tempore est ei conveniens, alio vero tempore non sic; sic etiam bonum honestum est bonum ratio-

rationis, quia convenit rationi, idem etiam actus uni est bonus, alteri malus, puta loqui est malum virgini, quia non congruit ei, est autem bonum in Doctore, quia ei convenit. Deinde arguit Suarez probando hoc inductione in omnibus bonis, nam bonum honestum dicit bonum, quod per se est conveniens naturae rationali, ut sic; bonum item delectabile nihil aliud est, quam bonum, ut sic; bonum convenientiam cum natura sensibili; & tandem bonum utile dicit bonum aptum, & accommodatum ad finem intentionum. Demum arguit Suarez, Averis, & Meurisse nullum ens reperitur, quod non sit alicui conveniens, five illa convenientia sit repositiva, five appellatur connotativa, nam formae convenienti subiectis, subiecta bonis, effectus causis, causae effectibus, actus potentiae, potentiae actibus, & alia huiusmodi addi possunt discurrendo per singulas entitates etiam usque ad minimas, & eas quae rursus, & inutiliores esse videntur, cum ergo haec convenientia sit quaedam bonitas ex una parte, & ex alia omnibus entibus prolixius conveniat, nil oblatre videtur, quin sit passio entis adaequata.

274 Resp. ad 1. gratis concedendo talem convenientiam unius rei ad aliam esse quoddam genus bonitatis, sed negatur esse bonitatem transcendentem, quia ut dictum est in 3. conclus. non convenit rebus sub praecisa ratione entis, sed ratione talitatis entis, quod enim unum ens conveniat naturae alterius, provenit ex aliqua qualitate simpatia, aut alia peculiari conditione talis entis, & ideo talis convenientia, nequit esse passio entis, nam convenientia, quae est passio entis, debet a se ostendi sub praecisa ratione entis, & debet habere identitatem in omnibus, non vero diversum pro diversitate entium, talis autem convenientia, quae habet idem constitutum in omnibus, est convenientia rerum ad appetitum, nam omnes, & singulae ei conveniunt, quatenus entia sunt: convenientia vero, quae una convenit alteri per modum perfectionis connaturalis, & consentaneae, oritur ex particularibus naturis cuiuscumque rei; exemplum de veneno, quod est serpenti bonum, homini malum, probat de illo peculiariter genere bonitatis, non autem de bonitate, ut sic; exemplum vero de loqui in Virgine, & Doctore probat de bono praeteritum morali, non autem naturali. Ad 2. argumentum potius est pro nobis, nam bonum honestum, & delectabile esse talia bona, quia sunt convenientia, unam naturam rationalem, alterum sensitivam, aliter non est dicere, quod quod sunt talia, quia sunt convenientia cum appetitu sensitivo, ac intellectivo; & bonum utile esse tale, quia est accommodatum ad finem intentionum, est perinde, ac si dicas esse tale, quia appetitum convenientem in ordine ad aliud, & propter aliud, quare sola convenientia ad appetitum est, quae constituit bonitatem passionem entis, non autem convenientia unius rei ad aliam; immo quod maxime notandum est, quamvis appetibilitas sit ipsa bonitas passio entis, id tamen intelligi non debet de appetibilitate, quae in tali convenientia fundatur unius rei ad aliam, sicut enim talis convenientia non convenit rebus ea ratione, quae entia sunt praecise, sed quatenus talia, ita etiam appetibilitas, id ergo intelligi debet de appetibilitate, quae originatur ex perfectione rei in se, quae est passio entis. Ad ult. contentum aliqui dari quaedam entia, quae nulli sunt appetibilia, ut est odium Dei; sed arbitror gratias concedendum esse assumptum, nam omne ens, vel est substantia, vel accidentis, substantia convenit accidentibus, ut fulgur corum, & accidentia contra convenient substantia; quia quodlibet accidentis habet suum subiectum, cui connaturalis est, & ipsum Deo idem, quamvis sit moraliter malum, est tamen physice bonum voluntati, quia tamquam actus illius illam pericit, concedendum ergo est assumptum, adhuc tamen neganda est consequentia quia talis convenientia non convenit omnibus entibus ea ratione, quae entia sunt, sed quatenus talia entia, quia talis convenientia unius ad aliud fundatur in peculiari cuiusque rei natura, & non habet in omnibus entibus idem constitutum, sed diversum pro diversitate entium, & naturarum, cui accidit unumquodque appetere suum esse, ut sibi bonum, nec tamen est ei convenientis hoc genere convenientiae, quae est unius rei ad aliam realiter distinctam.

Quinto contra quartam conclusionem arguit Aureol. loc. citat. quia bonitas ens nequeat consistere in relatione appetibilitatis, quia ratio boni est motiva appetitus, sed ratio appetibilis, cum sit pura relatio, nequit appetitum movere, ergo &c. aliquid ita probant minorem, quia si relatio esset sufficiens motum appetitus, tunc ratione relationis res esset formaliter amabiles, quod est falsum, non enim amantur ratione alicuius relationis, sed ratione illius, quod intrinsece dicunt, cum enim desideramus aliquod bonum, ratio formalis movens appetitum non est relatio aliqua, sed perfectio rei desideratae. Deinde arguit Paualgus, ratio appetitus importat determinatum rationem entis, five sumatur per appetitum innato, five elicito, non enim solum dicit aliud, quod habet esse praecise, sed etiam quod habet tale esse, & ens autem, ut sic transcendentis dicit solum communissimam rationem entis, itaut nullam importet determinationem, unde in ipsa non potest haberi aliqua ratio appetitus, vel appetibilis, non enim ponitur unum nisi ponatur alterum, cum se mutuo inferant, & tamen habetur ratio boni transcendentem, ergo haec consistere nequit in appetibilitate. Demum arguit idem, bonitas de se absoluta est, & ordinata ad ipsam rem, ut eam faciat bonum in seipso, nec ad ipsius constitutionem necesse est, ut concurrat appetitus, sed independenter ab ipso habetur ratio bonitatis, ad

constitutionem vero appetibilitatis concurret etiam appetitus, non quidem ut intrinsecum constitutum, sed ut terminus, oritur enim appetibilitas ex concursu bonitatis, & appetitus ergo &c.

275 Responderetur Aureolum quoque teneri ad solutionem argumenti, cum ipse bonitatem ponat consistere in relatione convenientiae unius rei ad aliam, ut ejus perfectivum; itaque argumentum praeteritum probat bonitatem non consistere in relatione secundum id, quod a parte rei importat, non tamen probat, quin possit per relationem explicari, & circumscribi; deinde si teneretur bonitatem etiam a parte rei formalitatem importare relatiivam, tunc dicendum esset, non utique bonitatem formaliter sumptam ratione relationis voluntatem movere, sed ratione formae absolute, in qua fundatur, ut notat Doct. 3. dist. 15. §. potest aliter dici, nimirum ratione perfectionis absolute, quam res in se importat. Ad 2. dico, quod sicut intellectus esto secundum suam entitatem sit inferius ad ens, tamen quia in sua operatione ei adaequatur, quia est potentia ut inferius ad ens, tamen secundum suam operationem illi quoddammodo adaequatur, & ideo bene explicari potest bonitas entis per convenientiam ad ipsam; immo absolute loquendo inferiora, nam animal in sua communitate convenit communis, ad sua inferiora, divisibilitas per differentias, & alia huiusmodi attributa, pro quo vide dicta paulo supra numer. 263. Ad ult. verum est assumptum de bonitate primaria, quae est modus intrinsecus entis, non autem de secundaria, quae est passio; haec liquidem potius constituitur, vel saltem explicatur per ordinem transcendentem ad appetitum, & sine appetitu consistere nequit.

Sexto tandem arguunt alii ad idem, quia bonum est intrinseca entis proprietas, sed esse appetibile importat denominationem extrinsecam ab appetitu delumptam, ergo ratio formalis ejus non consistit in appetibili. Tum deinde, quia si per impossibile nullus esset appetitus vitalis, adhuc res essent bonae, sicut sunt entia, & tunc utique ratio boni in alio consistere non poterat, quia in eo, quod quilibet res haberet perfectio non per se vera, quia res est bona, ideo est appetibilis, ergo appetibilitas non formaliter constituit rationem boni, sed potius eam consequitur.

276 Resp. jam dictum esse num. 266. quod cum hic dicimus rationem boni in appetibilitate consistere, vel per eam bene explicari, non utique est sermo de appetibilitate pro denominatione extrinseca, sed intrinseca, quae est virtus, vel aptitudo in re movendi, vel terminandi appetitum. Ad 2. ait Smilung, quod si nullus esset appetitus, esse tamen possit, adhuc subsisteret ratio appetibilis consistens in proportionem entis cum appetitu possibili, cum esse appetibile non sit denominatio extrinseca, quae possidet existentiam formae denominantis; si autem repugnaret esse aliquid appetitum, non subsisteret ratio appetibilis, & consequenter nec ratio boni, quae in appetibili formaliter consistit. Haec solutio bene procedit in hoc, quod si repugnaret omnis appetitus, non remaneret bonitas, quae in appetibilitate formaliter constituitur, unde res maneret bonae dumtaxat materialiter, & fundamentaliter ratione intrinsecae perfectionis, per quam fundant appetibilitatem; & quam adhuc admittit hypothetice retinere supponitur, ut dictum est supra sub numer. 262. deficit tamen in hoc, quod ait, quod si nullus esset appetitus, esse tamen possit, adhuc subsisteret ratio appetibilis sumpta pro denominatione intrinseca, non autem extrinseca, quia haec pollat existentiam formae denominantis. Plane hoc non videtur bene dictum, quod denominatione extrinseca potentialis, ut importat appetibile, pollat existentiam actualem formae denominantis, & non sufficit potius existentia ejus possibilis, nam licet hoc sit verum de denominatione extrinseca actuali nequaquam tamen verum est de possibili, nam sicut haec est denominatio non actualis, sed possibilis, ita sufficiens est ad ipsam praestandam forma denominans possibilis, neque requiritur, quod sit actualiter existens; & ratio huius est, quia effectus formales actuales, & potentiales tribuantur ab eadem forma actuali, & potentiali. Ad ultimum est assumptum loquendo de bonitate primaria, quae est modus intrinsecus entis, non autem de secundaria, quae est ejus passio.

QUESTIO XI.

An bonitas praedicta non vere sit passio entis, sed ab eo cum ipso convertatur.

277 Bonitatem esse passionem entis, & cum ipso convertibilem est firma, & constans omnium tum Philosophorum, tum Theologorum consensus, esto inter ipsos aliqui sit discrepantia in assignanda ratione formali huius bonitatis, ut quaest. praeced. visum est, idque ita manifeste ratio, quia transcendentis bonitas exprimit aliquod conceptum distinctum formaliter, vel



saltem virtualiter a conceptu entis, qui ad illum consequitur, & cum eo convertitur, & habet rationem qualificantis respectu illius, ergo verè, & proprie importat passionem entis, conseq. est clara, quia deductur ex conditionibus propriis passionis sufficienter enumeratis. Probatur ante eadem quod omnes, & singulas partes, & quidem primò quod exprimat aliquid se tenens ex parte obiecti, quod non exprimitur per rationem entis, patet, quia exprimit rationem convenientiam cum appetitu, quæ per conceptum entis non exprimitur quantumcumque ens clarè, & explicitè in se concipiatur, unde dicitur, quod differant conceptus entis, & boni solum per modum expliciti, & impliciti ex parte actus, quia sic entis differunt definitio, & definitum, & tamen certum est, bonum plus ab ente differre, quam definitio a definito; tum quia quantumcumque ens clarè, & explicitè, & perfectè in se concipiatur, in tali suo conceptu illam solum bonitatem includit, quæ dicit modum ejus intrinsecum, non autem illam, quæ est passio, quia hæc pertinet ad secundum modum dicendi per se, & præcisè facit conceptum qualificativum, & nullo modo quidditativum: quod autem bonitas constituat aliquem conceptum entis qualitativum, probatur, nam si interrogetur, qualis est res ista? benè responderet, est bona, explicando bonitatem, qua tamquam ratione formalis qualitativa qualificatur, non autem redè responderet ad illam interrogationem, quod sit ens, si enim ratio entis qualitativa esset, ad præcipuum respectu cuius sit qualificativa, & quid sit illud, quod talem qualificationem recipere, an sit quid reale, nec ne, si primum esset ens, & sic ens qualificaretur per semetipsum; si secundum, ergo qualificationem realem recipere non posset; tum quia cum ens concipimus præcisè sub ratione entis, concipimus aliquid omnino per se stans, nec ullo pacto alteri adiacens, è contra verò cum illud concipimus sub ratione boni, ergo ens, & bonum dicuntur distinctos conceptus etiam ex parte obiecti, cum unus explicet puram rei quidditatem, & alter qualitatè.

278 Deinde probatur assumptum quoad aliam partem, quod nimirum conceptus entis sit prior, conceptus verò bonitatis posterior, & veluti ad illum consequens; nam ille conceptus est quidditativus, ille verò qualificativus, ac conceptus quidditativus à toto genere qualitativum præcedit. Tum quia bonitas, sicut & alie passiones demonstrantur de ente per ejus rationem quidditativam demonstrantur à priori, ac hæc est ex prioribus, causis conclusionis nectum in inferendo; sed etiam in ejus obiectis offendimus disputat. 4. quæstion. ultim. tùm tandem, quia relatio illa convenientiæ cum appetitu, per quam explicimus quæstionem præcedit, bonitatem, quæ est passio entis, fundatur in ipso ente, & in perfectione, quæ est modus intrinsecus ejus, ratione cuius dicitur bonum in se; ex hac, inquam, bonitate primaria procedit bonitas secundaria, quæ est passio entis, & relatio illa convenientiæ, per quam dicitur bonum alteri, & conveniens appetitivi nostro in ea fundatur, intantum enim aliquid appetimus, quia aliquid perfectionem continet in genere suo, ratione cuius potest à nobis appeti vel propter seipsum per modum finis, vel propter aliud per modum medii ad finem; cum igitur bonitas, quæ est passio entis, & dicitur bonitas secundaria, fundatur in perfectione entis, quæ est bonitas primaria, & perfectio intelligi nequeat sine vera entitate, nam quod entitatem non habet, nihil est, jam constet evidentè, conceptum bonitatis esse posteriori conceptu entis, & ab eo dimanare, quemadmodum passio ab essentia subiecti dimanare solet.

Denique probatur illud assumptum quoad ultimam partem, quod nempe bonitas prædeclaratam cum ipso ente convertitur, nam omne bonum est ens, & omne ens est bonum. Quod omne bonum sit ens, constat ex modo dictis, nam bonum dicitur, quod potest esse obiectum appetitus vel per modum finis, vel mediè ad finem, si appetitus est efficax, vel saltem esse potest obiectum simplicis complacentiæ abstrahendo à ratione finis, & mediè; talis autem appetibilitas fundatur in aliqua perfectione rei, & perfectio vera, & realis sine reali entitate intelligi nequit nam quod nihil est nullam quoque perfectionem habet, ergo omne bonum est ens reale, adeo ut vera, & realis bonitas non nisi in ente reali fundari potest. Quod autem è converso omne ens sit bonum, probatur tum auctoritate Arist. 1. Ethic. cap. 6. ubi vult bonum distribui per omnes categorias, sicut ens, adeo ut aequè pateat ac ipsam ens; tum ratione, quia omne ens adæquatè dividitur in creatum, & increatum, bonum autem de utroque prædicatur, de Deo quidem, ut patet sequitur facer. codex *bonus est deus*, Psalm. 8. *Bonus est dominus hominibus in mentem*, Thren. 2. de creaturis etiam idem testatur sacra pagina *dominus deus bonus est, quæ fecerunt, & erant valde bona*, Genes. 1. *omnis creatura dei bona est*, Timot. 4. *Constantia facta bona in tempore suo*, Eccl. 3. immò hæc veritas est dogma fidei in pluribus Conciliis definitum, ut in Lateran. sub Innocent. III. sicut habetur in Cap. Firmiter, & cap. de summa Trinitate, & in Bracaren. 1. cap. 7. & contra Manicheos, & Priscilianistas existimantes dari res aliquas natura sua malas, & nullo modo bonas, contra quem errorem calumiam erigerit traxerunt quædamplures Ecclesiæ Patres, sed inter alios fulsissime D. August. cuius rei potissima ratio est, quia nulla creatura quantumvis minuta, & vilis invenitur, quæ in se, & in genere suo aliquam non obtineat perfectionem, ratione cuius fundare possit appetibilitatem vel per modum finis, vel saltem mediè ad finem aliquem etiam si nobis ignotum; ergo omnis creatura bona est aliquo modo per parti-

cipationem divinæ bonitatis. Ad dignoscendum autem, quænam sit illa perfectio, quæ est creaturis intrinsecæ, & in qua fundatur bonitas, quæ est passio entis, notandum est, quod diximus quæst. præcedenti articulo primo, quod perfectio in creatura potest esse duplex vel essentialis, eique realiter identificata, velut ejus modus intrinsecus, vel accidentalis, & ab ea realiter distincta, ac etiam separabilis ab ea; bonitas itaque, quæ est passio entis, non fundatur in perfectione secundi generis, quia non est necesse, omnem creaturam esse ita bonam, id est affectum omnium tali perfectione sibi possibili, & naturaliter consentanea, sed fundatur in prima, quare sicut ea perfectio convertitur cum ente, ut modus ejus intrinsecus, ita bonitas in ea fundata cum eodem convertitur, ut adæquata ejus passio.

279 Sed quamvis hoc totum absque controversia ab omnibus concedatur, sunt tamen contra hanc veritatem nonnullæ difficultates postè diluendæ, & rursum cum ens dicitur vel nominaliter, quod pacto significat ens, quatenus præcindit ab exercitio, & tempore, cum nomen sine tempore significat, vel participialiter, quomodo significat ens in actu exercitio, & sub actuali existentia consideratum, nam principium cum tempore significat, de qua distinctione est habitus fermo disputat. 2. de natura entis ab initio, id dubitatio, quod sensu intelligendum sit bonitatem esse entis passionem, videtur enim aliquibus bonitatem esse solum passionem entis participialiter sumpti, eo quod solæ res actu existentes videntur dici debere bonæ; & ratio est, quia intantum aliquid potest dici actu bonum, inquantum actu est, sed res creata præcisè sumpta secundum existentiam, ergo non potest dici actu bona non est actu, sed est in potentia, ita dicuntur: *Ja velus 1. part. quæstion. quinta, articulo tertio* Banes circa eundem locum Suarez dist. 10. sectione tertia, numer. 26. cum pro eadem sententia, citat. S. Thom. 1. part. quæstion. quinta, articulo primo, & 1. contra gentes cap. 38. item ex nostris Smilng. tract. 3. de Deo uno dispositione prima; quæstion. secunda, numer. 50. & alii quidam Recentiores.

Oppositum tamen longe verius est, bonitatem scilicet transcendente esse passionem entis nominaliter, & in actu signato considerari, non autem participialiter, & in actu exercitio. Colligitur ex Doctore pluribus in locis 1. d. 8. quæst. ult. & d. 47. quæst. un. & 3. d. 32. quæst. un. lit. B. & quol. 16. quibus in locis actum divinæ voluntatis secundum tendentiam in obiectum extra volubile fecerit in velle efficax, & inefficax, quod appellari solet velle simplicis complacentiæ, inter quos actus hoc fortissimum constituit discrimen, quod prior respicit esse actuæ existentie rerum extræ causandum, posterior verò respicit tantum esse possibile, velut res sub tali statu possibilitatis talem habere bonitatem, ut esse possit obiectum divinæ amoris quoad actum simplicis complacentiæ, quod etiam Theologi amplius cum Scotodocent. 1. part. quæst. 19. certum est autem, res sub statu vero possibilitatis entia tantum nominaliter dici posse, & in actu signato, non autem participialiter, & in actu exercitio; quod sanè evidentè ratione stabiliat, nam ut diximus disput. 2. de natura entis ab initio, cum dicimus ens esse obiectum adæquatum Metaphysicæ, illudque habere proprias passiones de ipso demonstrabiles, & præferri unitatem, veritatem, & bonitatem, non utique accipitur ens participialiter, & in actu exercitio; cum enim ens sub tali acceptione sit contingens, quia modo est, modo non est loquendo de rebus creatis, planè nequit esse obiectum scientiæ, quæ est de rebus æternis, & necessariis ex. Post. proindeque dicitur abstrahere ab existentia rerum; quæ est contingens; cum ergo bonitas dicitur esse passio entis, quod est obiectum in Metaphysicæ, & de ipso demonstrari per eam rationem formalem, debet sumi ens nominaliter, & ut ajunt, in actu signato, non autem exercitio. Conf. quia ens participialiter aliquem modum convenientiæ, secundum quem potest aliquid esse, & aliando non esse, sed propositionem, in quibus passio prædicatur de suo subiecto, sunt propositiones per se, & necessariæ præstant ad secundum modum dicendi per se, ac proinde sunt æternæ veritatis, ergo ens sub tali consideratione, & acceptione nequit esse subiectum in ea propositione, in qua bonitas enunciatur de ipso, ut de proprio, & adæquato subiecto, sed hoc erit ens nominaliter acceptum, & ut ab actuali existentia præcindit, & secundum quod à tempore absolvit.

280 Deinde bonitas licet competat rebus omnibus existentibus, tamen sub tali consideratione non semper eis competet, quia ens in actu exercitio non est semper, sed modo est; modo non, cum existentia in rebus creatis sit prædicatum contingens, sed passio, quæ est proprietatis in quarto modo proprio convenit omni, soli, & semper, & per hoc distinguitur ab accidente communi, ut liquet ex dictis in Logica, ergo bonitas nequit esse passio entis participialiter sumpti, & in actu exercitio considerati, sed tantum entis nominaliter, & in actu signato. Confirm. cum ens dicitur unum, & verum, non utique hoc restringitur ad ens participialiter sumptum, & in actu exercitio, immò præsertim sumitur ens in talibus propositionibus talium propositionum abfolvit à tempore; ita & veritas incomplexa obiecti, de quo enunciatur, sed planè idem est ens, de quo enunciatur illæ duæ passiones scilicet unitatis, & veritatis, & de quo enunciatur bonitas, si ergo illæ præsertim enunciatur de ente nominaliter sumpto,

sumpto, cur non etiam: & ista? Accedit quod res sub mero statu possibilitatis considerata sunt obiectum divini amoris ex Scoto, & aliis Theologis loco cit. quoad actum simplicis complacentiæ, ergo sub tali statu prædicandum ab omni existentia sunt bonæ, & aliis omnimodis non essent; quando ergo concederetur esse etiam bona sub statu existentia, non ob id tamen negari debet esse suo modo bonas sub statu possibilitatis prædicando à quacunque existentia. Tum tandem quia de nos experimur desiderare ea, quæ non sunt, ergo res secundum suam essentiam spectatæ sunt appetibiles, & possunt in eo latu terminare actum voluntatis, igitur ut sic bonæ sunt, quia non nisi bonum est appetibile.

Respondent hoc discrimen esse inter bonitatem, & alias duas entis passiones, quod res non dicitur fieri una, ut magis una, vel vera per aliquid sibi superadditum, & non essentialè, sed solum per ipsam suam essentiam, at res possunt denominari bonæ, & melius se habere per se, & magis per se per aliquid superadditum; nempe per perfectiones accidentales, quæ non nisi in esse existentia illis competere nequeant. Ad illud de rebus possibilitibus, quod sunt, ut sic, obiectum divini amoris, atque ideo bonæ esse debent, negat Suarez cit. Deum propriè illas amare in tali statu prædicando ab existentia, quod sialiquo modo Deus dicitur in illis complacere, id est, vel secundum esse, quod habent Deo, vel secundum quod ab omnipotentia Dei denominantur possibiles, quod potius est complacere in sua omnipotentia, à qua habent, ut sint possibilia etiam ea, quæ non sunt, & tandem concludit, quod essentia rerum non existentium, sed sub mero statu possibilitatis, sicut sunt tantum entia in potentia, ita & bona in potentia, non autem in actu. Ad illud denique, quod desideramus ea, quæ non sunt, occurrunt alii in tali desiderio ab existentia præcipient non fieri, quia desideramus, quæ non sunt, ut sint, unde res non existentibus saltem per ordinem ad existentiam considerari debent, ut sint bonæ, & appetibiles.

281 Sed istæ solutiones argumenta jam facta non evadunt, prima non est ad rem, quia cum dicimus bonitatem esse passionem entis, ut sæpe inculcatum est, hoc non intelligitur de bonitate accidentali, & omnino adventitia, quæ resultat in re ex adventu quædam perfectionem accidentalium, nam utiq; hæc condecimus rebus dumtaxat existentibus convenire, sed sermo est de bonitate, quæ fundatur in perfectione rei intrinsecæ, eique realiter identificata, hæc enim est, quæ respicit ens per modum passionis intima, & necessariæ, non minus quam unitatis, & veritatis, atque ideo sicut illa quæ tribuitur tribuntur enti præsertim nominaliter sumpto prædicando ab existentia, ita quoque bonitas, neque de hac bonitate loquendo magis est necessaria existentia in rebus ad recipiendum ejus adæquatam prædicationem quam ad recipiendam prædicationem scilicet unitatis, & veritatis, Nec etiam, quod ajebat Suarez satisfaci, cum enim dicimus, divinam voluntatem complacere in rebus possibilitibus, ut sic hoc non est intelligendum de ipsa ea ratione, quæ tantum eminenter in divina continentur essentia, quia creaturæ secundum hoc esse præcisè sunt formaliter ipse Deus, id est, attingere creaturas secundum hoc esse, non est formaliter creaturæ verariis, sed sermo est de creaturis secundum esse formale proprium, quod à divinitus intellectus cognoscitur eis non repugnare noticia naturali; seu nominationem sumptam à divina omnipotentia, ut infra ostendam disputat. 8. q. 1. art. 3. Fallum intulit est essentias rerum non existentium, non habere veram, & propriam rationem entis realis, prout ab omnino nihilo contradistinguitur, quamvis enim sub statu meræ possibilitatis dicatur etiam in potentia, & non in actu, in ordine ad existentiam, quia ad non possident, possunt tamen dici actù entia, quatenus adhuc sub tali statu veram, & essentialem rationem entis actu participat, ut ab omnino nihilo contradistinguitur, ut ostendam disp. cit. q. 1. art. 3. n. 46. quare sicut in hoc sensu potest res possibilis dici actù ens, ita quoque dici potest actu bona. Per quod patet ad rationem oppositæ sententiæ postam sub 279. Neque enim sumragatur, quod ultimo respondebatur, nos desiderare res, quæ non sunt, ut sint, & per ordinem ad existentiam, tum quia hoc est falsum absolute loquendo, quia potest voluntas gaudere, & complacenter habere de rebus in sua sola essentia consideratis, ac de possibilitate ipsa rerum, non curando, nec appetendo, ut adu sint; tum quia hoc etiam concessio, nihil officit, ex hoc enim ad summum sequeretur solum res esse appetibiles, & bonas per ordinem ad existentiam, quam habere possent, non autem per actum existentiam, quam actu possident, quod hic impugnature intendimus, quare sicut ens nominaliter dicitur tale per ordinem ad existentiam, quam potest habere, quia si ei talis existentia repugnaret ens nominaliter non esset, ita in eodem sensu concedi potest res possibilis esse bonas per ordinem ad existentiam, & ex hac doctrina solvi possunt omnia argumenta, quæ contra nostram sententiam solvi possunt; quam tenent Valqu. 1. p. disp. 24. cap. 2. Avers. q. 7. sec. 2. in fine. Blaus. §. Concep. disputat. 24. Metaphysic. quæst. 1. Aravius, Metaphysic. quæst. 6. artic. 1. & alii quædamplures.

Objectionum solutio.

282 Contra resolutionem hujus quæstionis, quod bonitas prædeclaratam quæst. præced. sit passio entis, sunt aliquæ difficultates hic diluendæ, quæ etiam ab aliis passim afferantur,

& solvantur, quia tamen solutiones non sunt juxta nostra principia, inutile non erit eas adducere, & juxta mentem Doctoris respondere. Prima itaque difficultas est, quia si bonitas esset passio adæquata entis, & cum ipso convertibilis, tunc non solum Deus sed etiam creatura deberet dici ens per essentiam; quod est falsum, falsitas consequens patet, quia apud omnes Theologos solus Deus dicitur ens per essentiam, neque id dici potest de creatura, ut probat D. Thomas 1. p. quæst. 6. art. 3. consequenter patet, quia quilibet passio, & intrinsecæ proprietatis per essentiam dicitur de suo subiecto, non quod sit essentialiter ens prædicatum in primo modo, ac constitutum, sed quia ex ipsa rei essentia originem ducit, & eipser se in secundo modo convenit, non autem per accidens, si ergo creatura in hoc sensu est per se bona, & non per accidens, igitur quod sit essentialiter, & per suam essentiam bona, quod talem solum Deo convenire videtur.

Ad huius difficultatis solutionem movent Auctores integram quæstionem, an creatura possit dici bona per essentiam, in qua Thomistæ passim cum D. Thom. loco cit. partem contra negativam, quia solus Deus dicitur ens per essentiam, alii è contratenent partem affirmativam, quia bonitas est attributum entis, sicut alia duo, & sicut se habent alie proprietates ad suas naturas, sed alia attributa conveniunt enti, & alia proprietates suis naturis per essentiam ipsius subiecti, & non per aliquid accidens adventitium, & superadditum, ergo pariter & bonitas entis. Cæterum res est parvi momenti, & difficultas est facillime solutio præmissa distinctione, quod aliquid dici potest bonum per essentiam dupliciter; primò ut ly per aliquid conditionem contra partem participatorem, quo sensu illud dicitur bonum per essentiam, quod habet omnem plenitudinem, & exuberantiam bonitatis à se, & independentè ab alio, per participationem vero, quod accipit formaliter partem bonitatis ejus, quod est per essentiam bonum, & dicitur per participationem, non quod verè capiatur partem ejus per divisionem, sed quia effectivè recipit bonitatem ab alio in gradu quodam determinato, ut Doctor expendit 1. d. 3. quæst. 2. & in hoc sensu certum est, nullam creaturam dici posse bonam per essentiam, sed solum Deum, quia nulla creatura habet à se, & in se plenitudinem, & abundantiam totius bonitatis, ita ut extra essentiam suam nullam rationem bonitatis reliquat, sed solus Deus.

Alio modo potest aliquid dici bonum per essentiam, ut ly per essentiam conditionem contra accidentaliter, sive per accidens, quo sensu illud dicitur bonum per essentiam, quod est bonum ratione suæ essentia, & non solum ratione alicuius accidentis essentia supervenientis, & hoc pacto non inficiari debet, creaturas posse dici per essentiam, sive secundum essentiam bonas, & ratio est, quia illud, quod transcendit essentiam creaturæ, & cum ea realiter identificatur, potest per essentiam, sive essentialiter prædicari de creatura in primo, vel saltem secundo modo dicendi per se, ut nimirum ly per essentiam conditionem contra accidentaliter, seu contra per accidens, sed bonitas transcendentalis ipsam creaturæ essentiam transcendit, & cum ea realiter identificatur, ut omnes fateantur contra Duran. & Aureol. 2. dist. 34. q. 1. qui volebant creaturam dici bonam per formam accidentalem omnino extrinsecam, & adventitiam ipse essentia supervenientem, atque ideo dicebant bonum cum ente converti, non essentialiter, sed denominativè tantum, ergo bonitas in hoc sensu poterit per essentiam dici de creaturis id est secundum essentiam, sive essentialiter in secundo modo dicendi per se pacto, quo passio dici solet essentialiter prædicari de suo subiecto, in hoc itaque sensu possunt dici creaturæ per essentiam bonæ, quia non per accidens, nec per formam superadditam ab ipsis realiter distinctam loquendo de bonitate transcendentem, verum quia in communi modo loquendi præsertim apud Theologos ly per essentiam sumi solet, prout distinguitur contra per participationem, hinc est quod ab eis non conceditur, creaturam esse bonam per essentiam simpliciter, & absolute loquendo, sed tantum cum ea explicacione, & in hoc sensu tantum etiam intendit D. Thomas cum suis creaturam dici non posse bonam per essentiam, quod nequaquam officit conclusioni nostræ.

283 Secundo obicitur, quia multa sunt entia, quæ nullam habent bonitatem, ac proinde male dicuntur, ut actus peccati, errores intellectus, odium Dei, & alia huiusmodi, dantur etiam multa entia, quæ sunt mutila, & imperfecta, & carent modo; specie, & ordine, ac proinde bonæ dici non possunt, cum bonum consistat in modo, specie, & ordine ex D. August. lib. de natura boni c. 3. & 4. ergo bonitas non est passio convertibilis cum ente.

Resp. negando assumptum, si sermo sit de bonitate transcendentali, ad primam probationem dicendum illa esse mala dumtaxat malitia opposita bonitati morali, non autem transcendenti, unde illa que in esse moris mala sunt, in esse physico bona sunt; quo pacto supra num. 274. ipsum odium Dei bonum esse diximus in genere physico, licet sit malum in genere moris, quod adhuc amplius infra explicatur qu. ult. hujus disp. Ad aliam probationem sæpius dictum est supra, bonitatem, quæ est passio entis, fundari in perfectione intrinsecæ, & essentiali rei, quæ est modus ejus intrinsecus, non autem in extrinsecæ, & accidentali, quæ solet in re attendi penes accidentia illi naturaliter convenientia, ob quorum defectum res dicitur mala, vel male se habere etiam in genere naturæ, cum



etiam ergo dicitur quaedam entia carere modo, specie, & ordine, si id intelligatur de modo, philosophia, & ordine accidentali, conceditur in hoc sensu quodam entia carere modo, specie, & ordine, ex quo solum sequitur propter defectum esse mala accidentaliter in genere nature, non autem essentialiter, quod si illa tria magis intrinsece, ac essentialiter accipiuntur iuxta explanationem superius datam num. 260. negatur reperiri in rerum natura aliquid ens, quod non habeat modum, speciem, & ordinem modo ibi explicato, quia omne ens habet essentialiter, & intrinsece illa tria, habet enim modum, quia est alicuius determinati generis scilicet substantia, vel accidentis; habet speciem id est formam, vel essentiam propriam, & ordinem ad proprium finem. At fieri solet instantia de materia prima, quae his carere videtur etiam intrinsece, & essentialiter simpliciter, quia nullius est determinati generis, vel speciei, cum ex 7. Met. non sit nec quid, nec quale, nec quantum; tum quia materia prima secundum se caret qualibet perfectione, & actualitate, ergo & qualibet bonitate, cum bonum, & perfectum sit idem. Verum est hoc instantia aliam facit difficultatem Thomam nullam actualitatem in materia agnoscensibus nec formalem, nec entitativam tamen apud Scotum nullius est momenti, sicut enim ei tribuunt propriam entitatem ab entitate formae, ac etiam propriam actualitatem entitativam, quae est eius existentia, tribuunt consequenter propriam bonitatem distinctam a bonitate formae; & quomodo contrarietate non habeat existentiam, nisi dependentem a forma, habet tamen propriam, & inseparabilem existentiam cum intrinseco ordine, & dependentia ad formam; hinc ait Alensis p. q. 18. membr. 6. ad 2. materiam esse bonam, quia est ens, & eadem ratione habere modum, speciem, & ordinem suo modo, quomvis enim ex se sit sine specie, & forma extrinseca id est sine illa determinatione specifica completa, quam solet praesalere forma, quo sensu dicitur a Philo sopho non esse quid, nec quale, nec quantum, adhuc tamen habet propriam speciem intrinsecam incompletam, quae consistit in eo, quod fit ens formam capax, & illa potentia est illi instar speciei, modi, & ordinis, quae de causa D. Aug. lib. de natura boni c. 18. & Dionys. c. 4. de divinis nominibus propriam quocumque materiam tribuunt bonitatem in genere entis.

284. Tercio obicitur Arist. auctoritas 3. Met. tex. 3. ubi in rebus Mathematicis negat naturam boni reperiri, quod namque modo, inquit, possibile est motu principium in immobili esse, aut boni partem? ubi per entia immobilia passim intelliguntur Imperfectes entia Mathematica, quae abstrahunt a motu, ac proinde postea concludit stat bene esse nullam de bonis, & materia facere mentionem. Ad hoc argumentum vix solent assignari responsiones, quarum multae sunt falsae, & praeterit ab intentione Arist. de via, quas proinde merito relinquit Averis, & Paqual. loco cit. nec ergo refero, nec tempus frustra coartatur, sed immediate subiecto veram Arist. intentionem ex Scoto, & Alensi in eum textum, id enim quod praecipue ibi Arist. intendit, est, ob idedere Mathematicam non demonstrare per causam formalem, & quia finis per bonitatem constituitur in ratione finis, alicui enim agens ad sui consecutionem ob propriam bonitatem, hinc consequenter adducit res Mathematicas non esse bonas, bonitate nimirum finalizante; non ergo simpliciter, & absolute negat Arist. res mathematicas habere propriam bonitatem in seipsis, si enim entia vera sunt consequenter propriam debent habere bonitatem, sed solum ait non habere bonitatem, quia possunt exercere causam finalem, & ideo non sunt bonae bonitate finalizante. Hinc Alensis in expositione illius textus inquit, notandum est, quod dicitur finis, & illud, quod est finis, in mathematicis enim potest esse illud, quod est finis, & illud quod est bonum, id est quod idem est quantitas naturalis, & quantitas mathematica, ergo sicut illa est finis, ita & haec, sed tamen quantitas, ut naturalis, scilicet sub modo est finis sub ratione finis, quia ut naturalis terminat motum; illa eadem est cum naturali, sed tamen quia, ut sic, non terminat motum, non est finis inquantum finis, nec sub ratione finis, haec Alensis, quibus verbis luculenter ostendit, entia mathematica non minus propria habere bonitatem, quam entia naturalia, & solum in eo sensu dicitur ea carere, quatenus illam non habent sub ea ratione, quae possunt exercere causalitatem finis, seu non habere bonitatem, quatenus finalizantem, & haec est germana Arist. intentio in eo textu.

Quarto relationes creatae sunt entia realia, cum speciale praedicationem, nec consequenter bonitatem, non enim apparet, quae nova perfectio residet in alio, quando in eo congerit similitudo sed illud alium. Sed adhuc magis urget difficultas de relationibus originis in divinis, quae nullam videntur praesalere perfectionem, vel imperfectionem, alioquin aliqua esset perfectio in una persona, quae non esset in altera, ut Scotus ex proleto probat quod 5. per totum, ubi proinde illas appellat entia non quanta.

285. Resp. ob hoc argumentum nonnullis negasse relationes praedicationem praesalere realem entitatem, vel modalem extremum, inter quae variantur, superadditam, sed dicere solum concomitantiam duorum extremorum, & novam denominationem relativam ex illis delumptam, unde consequenter negant relationem importare aliam perfectionem praeter absolutam extremorum; in quo magis sane consequenter loquuntur; quam qui concedunt

relationes huiusmodi propriam praesalere entitatem, & negant posse habere propriam bonitatem, & perfectionem; vel enim utrumque negandum, vel utrumque concedendum ad consequenter loquendum, unde quantum spectat ad argumentum de relationibus creatis, quod dicant perfectionem, quicquid diffurre debet iuxta principia tradita in Logica de natura relationum praedicationem, qui enim concedunt per relationem acquiri novam entitatem distinctam a fundamentum, concedere etiam debent acquiri novam perfectionem, & bonitatem illi entitati correspondentem, qui vero relationem dicunt aliud non esse praeter abiectionem, dicere quoque debent relationem nullam addere perfectionem praeter perfectionem absolutam cum aliqua nova denominatione, qui autem dicunt relationes esse aliquos modos intrinsecos fundamentum, & a parte rei ad eo indistinctos, dicere tenentur non acquiri de novo aliam perfectionem, sicut non acquiritur aliqua entitas, sed sicut entitas antiqua de novo denominatur in ordine ad terminum novum, ita perfectio antiqua fundamentum explicatur de novo in ordine ad novum terminum. Quia ergo nos in Logica statimus relationem praedicationem praeteritum in Arist. doctrina extremis relatis propriam superaddere entitatem, & ab ipsa a parte rei distinctam, hinc consequenter tenere debemus, quod propriam habeat perfectionem, & bonitatem relativam distinctam a bonitate, & perfectione absoluta extremorum, nec minus difficile est capere in uno alio acquiri novam perfectionem, dum acquiritur in eo similitudo ad aliud, quam quod acquiratur nova entitas, immo difficile est illud pendere ex difficultate illius, quod admissio illud necesse est sequitur. Et quidem Arist. 1. Ethic. c. 6. quando dicit bonum esse quod extendit, ac dicitur cum ente per omnia praedicationem, determinat inter alia praedicationem ad aliud numerat in his verbis bonum est in substantia dicitur, & in quibus, & in eo quod est ad aliud etc. concludendum itaque est de relationibus creatis, quae ratione sunt entia ea ratione dicere suam bonitatem, & perfectionem. Quantum vero attinet ad relationes originis in divinis, non potest exacte solvi difficultas, nisi prius explicetur divisio illa entis frequens in nostra schola in quantum, & non quantum, quam tradit Doctor quod 5. ubi etiam relationes originis dicta aut non dicere formaliter, & secundum de perfectionem, vel imperfectionem, quae sunt entia non quanta; de hac vero divisione agemus infra d. 7. loquendo de variis divisionibus entis ubi etiam exacte haec difficultas a fundamento explanabitur; neque ad resolutionem huius quaestiois, an bonitas sit passio entis, est omnino necessaria illius difficultatis solutio, quia illa relationes originis in divinis sunt Philosophis, & Metaphysicis occultae, & ignotae, & illa difficultas est mere Theologica. Sed dices si ergo relatio creata sub expressa ratione relationis dicitur propriam bonitatem, & perfectionem relativam distinctam a bonitate absoluta, in qua fundatur, sequitur relationem sub ratione relationis appetitum nullum movere posse, quod tamen supra negatum est n. 275. vel si secundum de appetitum movere nequit sed tantum ratione formae absoluta; in qua fundatur; ut ibi dicitur est ex Scot. 3. dist. 25. hoc manifestum inditum est, non habere propriam bonitatem, & perfectionem. Resp. problema esse apud Doctorem, an obiectum voluntatis, quod est bonum, concurrat partialiter in genere efficientis causae ad volitionem, nec ne, ut dicitur est dist. 7. de Anim. q. 6. art. 2. si teneatur partialiter concurrere, tunc de relatione respectu actus appetitus idem ferendum est iudicium, quod de ipsa fertur respectu actus intellectus, ac proinde quae modo dictum est dist. 6. de Anim. qu. 5. art. 1. entia respectiva non esse obiectum motivum intellectus, sed tantum terminativum id est non concurrere partialiter ad physicam efficiendam cognitionem sui, sed tantum terminare, ob id quod sui entitatem, quia nimirum cognitio de ipsis habita, cum sit ens absolutum, & perfectioris est gradus, quam ipsum obiectum cognitum scilicet relatio, ita ob eandem rationem idem quod dicendum erit de relatione in ordine ad actum appetitus, seu volitionem quod scilicet nec partialiter concurrere ad efficiendam, sed ad eam immediate concurrat forma absoluta, super quam relatio fundatur, nam & ipsa volitio est ens absolutum perinde ac cognitio, licet respectum voluiti transcendens eadem sua obiecta, & in hoc sensu loquitur Doctor cit. 3. d. 15. c. immo ibi non loquitur Doctor de concursu relationis ad actum amoris, & volitionis, sed in ordine ad delectationem, quae est passivum consequens inquit enim; ratio igitur causandi delectationem illam non est convenientia, quae sit relatio in obiecto, nec etiam praesentia per perceptionem, quae est alia relatio, quasi approximatio agentis ad passum, sed sola forma absoluta, super quam fundatur relatio obiecti, est ratio causandi istud absolutum, quod est delectatio; ita Scot. Si vero teneatur voluntatem esse causam totalem efficientem suorum actuum, & bonum cognitum movere tantum metaphoricam illam, ac per modum finis, ut diximus ibi probabilis esse, tunc nullatenus negari debet relationi propriae motio metaphorica, si propria habeat bonitatem, et proportionem, neque in hoc sensu negat Doctor relationem posse movere voluntatem, neque nos n. cit. 275.

286. Quinto arguitur, quia bonum sufficienter dividitur in illa tria membra utile, honestum, & delectabile ex Arist. 3. Ethic. c. 3. & lib. 8. c. 3. sed de his verificari nequit, quod bonum sit passio entis, quocumque modo sumatur, ergo etc. Probatur minor, vel enim collectivè sumatur, vel sigillatim, hoc secundo modo verificari nequit quia singula sigillatim sumpta non adaequant ens

nec primo modo, quia haec triplex bonitas non convenit singulis entibus, alioquin omnia entia essent simul honesta, delectabilia, quod est falsum, quia Deus non est bonum utile cum ipso non sit utendum, sed fruendum, nec operationes virtutum suum delectabiles, quia virtus est actus difficile, & multa sunt delectabilia, quae sunt inhonesta. Dices omnia entia esse ita bona non conjunctum, sed divisim, ita ut omnes aliquam partem ex his bonitatibus distinctam; sed contra hoc est, quod bonitas ponitur una passio simplex, non distincta. R. etiam ergo solum, quod bonum ut abstrahit ab illi triplici genere bonitatis, sit passio entis, sed neg. id asserti potest, quia illa abstracta ratio boni, nec concipi, nec explicari potest, vel enim est propter se appetibilis, & tunc est bonitas honesta, vel delectabilis; aut propter aliud, & tunc est bonitas utilis, alterum enim ex his opus est inesse, cum immediate opponatur intra rationem bonitatis, & contradictionem fundent.

Resp. hanc difficultatem petere exactam declarationem illius divisonis boni in honestum, utile, & delectabile, de qua qu. seq. pro nunc dicendum illa tria membra proprie dividere, & adaequare bonum, quod habet ordinem ad voluntatem, prout subest regulae rationis, ut postea dicemus, quia tamen illa divisio ita etiam bona non ergo hoc difficultate utendum est ad eam solutionem impugnam, sed argumento superius a nobis facto. Tum quia concessio etiam toto discursu Suarez ad huc perficitur argumentum principale in suo robore, ac etiam praecipue contra ipsum urgeri potest, nam bonum, & appetibile convertuntur, & omne re vera appetibile est re vera bonum, sed quod est convenientis solum per modum privationis, est appetibile, ergo re vera bonum.

287. Postremo probat solum bonum non esse passionem entis adaequantem, quia excedit ens, quod ostenditur, bonum est idem, quod appetibile & cum ipso convertitur, sed etiam negationes, & impossibilia possunt, ac solent appeti, plerumque enim appetimus, quoad non esse, unde damnati dicuntur appetere non esse; appetimus etiam quoad impossibilia, quae ut sic non sunt entia realia, unde 3. Ethic. cap. 2. ait Arist. voluntatem esse quocumque impossibile, & Scot. 2. d. 6. q. 1. tenet Angelos malos appetisse aequalitatem Dei, quae tamen est impossibile, immo expressè nomen ipsam bonitatis tribuitur negationibus. Matth. 26. bonum erat eis, quod non fuisset homo ille. Et constat quia in rebus moralibus non solum implere praecipuum, sed etiam non agere prohibendum, bonum censetur, & convenientis homini, ergo bonum sub hac ratione non potest esse passio entis, cum latius pateat ipso.

Resp. non communis est, quod non esse est appetibile solum per accidentem nimirum alicuius adiuncti, quod est per se appetibile, sic mortem inimici appetimus ob bonum vindictae, sic etiam damnati solum per accidentem appetunt non esse, quatenus hoc non esse adducere secum separationem ab aliqua miseria, quam auferri vellet propter aliquod commodum, quod summè desiderant, quo tamen privante per praedictam miseriam, & sic concludunt appetibile per se esse idem, quod bonum, sed appetibile per accidentem latius patere, nec amplius est argumentum inferri posse. Ad illud de impossibilitate aut impossibile uti appeti posse, non tamen sub ratione impossibilitatis, sed sub ratione possibilis offensi per rationem errantem, multa enim a nobis appetuntur ex errore intellectus, quia apparent nobis bona, & possibilia, cum tamen talia non sint, atque ita cum dicitur bonum esse idem, quod appetibile, ubi bonum debet accipi latè, quatenus complectitur, tam reale bonum, quam apparentium. Quae tamen responsio quoad secundam partem fallum continet quia ab illo errore in intellectu praecedente potest impossibile appeti quoad simplicem contentiam etiam ostium sub ratione impossibilitatis, unde Doct. cit. docet angelos malos aequalitatem Dei appetisse, etiam ut impossibile ab intellectu representata tam, quia eorum peccatum non fuit ex ignorantia, vel inconsideratione, sed cum plena scientia, ac ex mera malitia, quomodo autem id fieri possit, satis declaratum est disputatione septima, Physic. quaestio octava, articulo secundo, & dist. 7. de Anim. qu. 5. art. 2. dub. 3. Tum quia bonum apparet non esse idem verum, & reale quocumque bono apparenti, iam argumentum concludit, quod bonum excedit ens reale, & ideo esse nequit eius adaequata passio. At dices bonum apparet esse obiectum idoneum appetitus nostri, ut experientia constat, ergo ipsum quoque convenit esse appetibile; sed ad hanc instantiam mox patebit solvendo argumentum principale.

Alii vero concedentes omne, quod est appetibile esse bonum, distinguunt bonum positivum, & negativum, atque dicunt bonum positivum reale esse attributum adaequantem, quod cum ente convertitur, non vero negativum, quale est illud, quod convenit privationibus, & negationibus, quae solutionem recipit Averis quod 7. sec. 1. in fine. Sed licet dicitur est dist. 4. Phys. q. 1. art. 1. satis recte dividit ens reale in positivum, & negativum, quia ens reale, ut sic, & ex vi sui conceptus aliquid positivum importat, idem in proposito videtur de bono dicendum, quod ex vi sui conceptus dicat quid positivum, & sane haec solutio videtur mera fuga argumenti, cum enim quaeritur an bonum sit passio adaequata entis non disputamus de bono positivo, de hoc enim dubitat nemo, sed de bono simpliciter, & absolute sumpto, de quo sit dubitatio, quia in communi modo loquendi solet interdum etiam negationibus & privationibus applicari. Quod etiam probat Suarez, quia id, quod dicitur convenientis, tamquam privatio, re vera non est bonum, sed carencia alicuius mali, si praesens in privatione sitatur,

carencia autem mali, ut sic, non est bonitas, nisi aliud addatur; sicut etiam in moralibus aliud est declinare a malo, aliud facere bonum, & non agere malum non est virtus, aut bonum nisi includatur positivum voluntatem non agendi malum, si ergo est in naturalibus, carere enim calore proprie non est bonum aquae, sed est carencia mali, vel disconveniens, & conditio quaedam necessaria, ut suam bonitatem, ac perfectionem habere possit, quocirca (inquit) si convenientia in hac amplitudine sumatur, non est idem bonitas, & convenientia etiam prout bonitas dicitur de eo, quod est bonum alteri, sed bonitas dicitur entitatem, vel perfectionem, ut convenientem alicui, & ideo quod est convenientis solum per modum privationis, re vera non est bonum. Hic tamen discursus Suarez non convincit, nam responderi potest persistendo in illa distinctione de bono positivo, & negativo, quod in aqua carencia caloris, ut sic, est bonum negativum, sicut etiam in moralibus a malo abstinere dici potest bonum negativum, immo cum probabilior sit sententia dari posse puram omissionem liberam, ut dicitur est dist. 7. de Anim. q. 4. art. 4. quae etiam fit bona in genere moris loquendo de bonitate realem, ut sic, sic a pari in naturalibus bona non ergo hoc difficultate utendum est ad eam solutionem impugnam, sed argumento superius a nobis facto. Tum quia concessio etiam toto discursu Suarez ad huc perficitur argumentum principale in suo robore, ac etiam praecipue contra ipsum urgeri potest, nam bonum, & appetibile convertuntur, & omne re vera appetibile est re vera bonum, sed quod est convenientis solum per modum privationis, est appetibile, ergo re vera bonum.

288. Itaque ad exactam argumenti solutionem dicendum est, negationes, & privationes solum per accidentem appeti ratione scilicet alicuius adiuncti, quod est per se appetibile; ut dicebatur in responsione communi, & sic eo modo quo sunt appetibiles, dicitur etiam posse bonas nimirum per accidentem; quando autem appetimus bonum apparet, non est aliqua bonitas facta, quae nostrum moveat appetitum, sed est bonitas vera, & realis, sicut tamen, & cum errore ab intellectu applicata obiecto, quod dicitur bonum apparet, unde falsitas, & fictio non se tenet ex parte bonitatis, ut sic, sed ex parte applicationis factae ab intellectu, ex quo patet bonum apparet non esse appetibile, nisi ratione bonitatis realis, & positive illi falso applicatae ab intellectu errante, ut fuscè declaratum est dist. 7. Phys. q. 7. art. 4. quando tandem appetimus impossibilia etiam sub ratione impossibilitatis offensa absque ullo errore intellectus, adhuc in illo casu non est impossibilitas, vel possibilitas, aut bonitas facta, quae moveat appetitum; sed est possibilitas, & bonitas vera, & realis solum applicata obiecto impossibili, non quidem ab intellectu, qui supponitur representare impossibile sub ratione impossibilitatis, sed a voluntate quae ex sua libertate potest obiecto impossibili tribuere, & applicare bonitatem, & possibilitatem in alio obiecto repertam conscientiam aliquid aggregatum, sicut facit intellectus, cum concipit finem apparentem, & hic finis dicitur a Scoto 1. d. 1. quaest. 1. art. 3. & 4. finis praehus, vel praehitutus, quatenus voluntas ex sua libertate potest ibi praesumere modo iam declarato pro fine id, quod a parte rei est impossibile, falso applicando illi veram, & realem bonitatem, ac etiam possibilitatem, unde quia habet possibilitatem, & bonitatem praeham, & praehitutam; potest esse obiectum appetitus, ut declaratum est dist. 7. Phys. cit. ac etiam dist. 7. de Anim. q. 5. art. 2. dub. 3. Ex quo discursu patet in omnibus illis casibus, quando appetimus scilicet vel privationes, vel apparentia, vel impossibilia, id, quod per se appetitur, esse quid positivum, & ratione appetendi esse semper bonitatem realem, & positivam, ideoque rectè dici converti cum ente reali.

Ad Conf. argumenti principalis ex moralibus deductam Suar. ex suo discursu relato negatur antecedens, quia non agere malum non est bonum, nisi includat positivum voluntatem non agendi malum. Sed iam dicimus probabilis esse, quod in genere moris sit possibile pura omisso libera, quae sit moraliter bona, quod fuscè probatur tract. de actibus humanis, quia pura omisso esse potest voluntaria, & libera, & conformis dicimini prudentiae, ac praepo negativum, ergo esse potest moraliter bona; tum quia ex 3. Eth. c. 1. omne voluntarium est laudabile, vel vituperabile, & cap. 9. inquit Arist. quod non agere malum est bonum; ratio huius prioris est, quia non dicitur in eodem tract. de actibus humanis, bonitas moralis non dicit respectum realem in actu, aut aliquid aliud reale positivum; sed meram denominationem extrinsecam a dictamine prudentiae derivatam in actu, vel omissionem eius, cuius primè denominationis tam bene potest esse subiectum ipsa omisso libera, quam actus positivus oppositus, ut dicam quocumque 1. sec. ex quo constat responso ad eam conf. quod non valet paritas de bonitate morali, & naturali, seu transcendentali, nam bonitas transcendens dicit quod reale positivum a parte rei in rebus, non tamen bonitas moralis, & ideo non tenet paritas, quod adhuc magis constat qu. seq.



QUESTIO XII.

De divisionibus, & gradibus bonitatis.

Quamplures, & variae bonitatis divisiones solent assignari, quarum aliqua circa rationem ipsam formalem bonitatis versantur, ut sunt illae, quibus dividi solet in bonitatem naturalem, & moralem, & rursus in honestam, & delectabilem, & utilem, alia vero versantur potius circa res ipsas, quae dicuntur bonae, unde sunt potius divisiones materialis boni, quam formales, atque ideo de divisionibus primi generis hic praesertim agemus, alias dimittendo, quae ad rem non faciunt, nec ad rationem bonitatis indagandam valde conferunt.

Prima itaque divisio est in naturalem, & moralem, de qua scripsit Doctor, ut in 2. d. 7. quae sit, ad solutionem istius quaestioni, & quod. 17. & 18. ubi per bonitatem naturalem, inquit, Doctor, intelligitur bonitas ipsa transcendentalis, quae cuiusque rei convenit in genere naturae ex ratione, quae ens est, de qua haec sunt locuti sumus, & per quam res quae libet dicitur formaliter bona bonitate sua naturali entitati proportionata in genere entis. Alia bonitas est, quae convenit actibus humanis in genere moris, consistitque ex Scoto loco cit. in integritate eorum omnium, quae recta ratio operantis iudicet debere ad alii humano, vel ipsi agenti in seo actu convenire ex dictam inopud eorum, unde adum esse moraliter bonum aliud non est, quam habere conformitatem, ad rectam rationem plenè dictantem de omnibus circumstantiis debitis convenire ad alii, atque ideo haec bonitas reperitur tantum in naturis intellectualibus ratione, & libertate utentibus, & respectu liberi arbitrii, quatenus voluntas libero modo operatur, & secundum regulas rectae rationis, & de hac bonitate agere solet ad Philosophum moralem, & de ea agunt Theologi in prima lectione.

Ceterum circa hanc divisionem dubitatio contingit, qualis sit illa divisio, & quomodo bonitas moralis se habeat ad naturalem, num scilicet sit species quaedam ipsius bonitatis transcendentes, nam potius constituit genus bonitatis condistinctum, & ab ea omnino diversum. Aversis q. 7. de Bonitate scilicet. 6. opinatur bonitatem moralem non esse aliquam speciem bonitatis transcendentes sed esse distinctum, & disparatum genus, quod probat, tum quia bonitas transcendens consistit praesertim in genere naturae, nec extenditur ad genus moris. Tum quia bonitas transcendens necessaria, & naturaliter debet dicitur, bonitas autem moralis in libertate fundatur. Tum quia quae denominatur moraliter bona, possunt mutari in bonitate morali per mutationem libertatis, & variationem circumstantiarum invariata manente bonitate naturali. Tum tandem quia dicitur moraliter mala, & ipsa opera prava, & vitiosa adhaec sunt, & dicuntur bona naturaliter bonitate transcendenti, igitur bonitas moralis non se habet, ut species bonitatis transcendentes, sed est alia bonitas disparata.

Paqualibus è contra tom. 2. disp. 75. scilicet. 1. concedit quidem, tanquam de se evidens, bonitatem moralem importare aliquam rationem essentialiter diversam bonitate naturali, quia bonitas naturalis ex genere suo reperitur indifferenter in quocumque genere entis, bonitas autem moralis solum in determinato genere nimirum morali, quod in libertate fundatur, quod si non esset diversa essentialiter, ipsa quoque posset reperiri in quocumque ente. Adidit tamen censendum non esse, quod sit ita essentialiter diversa, ut sint genera bonitatis omnino distincta, & disparata. Itaque neque conveniant in ratione bonitatis, ut sic, nec bonitas moralis continetur sub transcendentali communissime sumpta, bonitas enim moralis est aliquid bonitas realis, ut sic, atque ideo cum bonitate naturali convenit in ratione bonitatis realis, ut sic, qui est conceptus utriusque communis, in quo essentialiter conveniunt bonitas moralis, & naturalis. Probat eandem, quod bonitas moralis continetur sub transcendentali communissime sumpta, quia, ut in omnibus, quae dicuntur aliquam rationem determinatam intra genus illius transcendentes, undè ens, quia transcendens est reperitur in illis omnibus, quae intra rationem essendi important determinatum modum essendi etiam in ipso ente morali, ens enim morale verè ens est, bonitas ergo transcendentalis ratione sua transcendenti debet in quocumque bonitate reperiri, tanquam in ea, quae intra genus bonitatis reperitur, atque adeo etiam in morali. Probat tandem, quod bonitas moralis non sit species bonitatis transcendentalis condistincta, quia species sic condistinctae constituantur per differentias appositae, atque incompensabiles, unde fieri nequit, ut una ex his speciesbus fundetur in alia, quia ratione incompensabilitatis se mutuo excludunt ab eadem natura, sed si bonitas moralis comparatur cum naturali non habet oppositionem cum ipsa, atque incompensabilitatem, sed eam sibi subordinat, bonitas namque moralis fundatur in naturali, ergo non sunt species bonitatis condistinctae, atque ita concludit bonitatem naturalem, & moralem importare gradus bonitatis essentialiter diversos, subordinatos tamen, ita ut bonitas naturalis subordinetur morali, quia haec fundatur in illa.

290 Dicendum est, bonitatem moralem ita esse essentialiter diversam à naturali, seu transcendenti, ut neque conveniant in ra-

tionem bonitatis, ut sic, nec moralis contineatur sub ratione transcendenti, ut quaedam species eius, non tamen esse ita essentialiter diversas, ut constituant species, vel genera bonitatis omnino disparata. Concludit deducitur ex Scot. lococitato & est contra utrumque modum dicendi iam relatum, & probatur quoad omnes, ac singulas partes, & quidem quoad primam partem, quod nimirum ille bonitas moralis, & naturalis dicantur rationes essentialiter diversas, probatione non indiget, hoc enim gradus fatentur Aversis, & Paqualibus, & ceteri omnes passim, quod satis evidenter constat assignando utriusque bonitatis essentialiter rationem, atque etiam ex argumentis ad hoc probandum alibi ab Aversis, & Paqualibus, quae hanc partem conclusionis urgentissime confirmant. Quod autem illa diversitas tanta sit, ut non conveniant in ratione communi bonitatis, ut sic, quemadmodum volebat Paqualibus, probatur ex opposito fundamento, ipse enim dicebat bonitatem moralem debere convenire cum bonitate naturali in ratione communi bonitatis, ut sic, quia bonitas moralis est aliquid bonitas realis, sicut naturalis, sed hoc est falsum, quia sicut moralitas à toto genere nullam ponit in actu entitatem physicam, & realem absolutam, vel respectivam, ita neque moralis bonitas, ut elegantius pluribus offendit Valquez p. 2. disp. 95. c. 9. & ratio a priori est, quia actus non dicitur bonus, vel malus moraliter, nisi per habitudinem ad obiectum a ratione propositum, ut conveniens, vel disconveniens naturae rationali, ut sic, five res, ita se habeat à parte rei, five non, dummodo ratio prudenter, & inculpabiliter dicitur, sed inquit Doctor 2. d. 40. §. descendendo quod bonitas actus moralis est extra actus, ad secundum redit rationem, non absolute ex natura actus, ad secundum redit rationem, unde si quis ex dictamine conscientiae erronee, prudenter tamen, & inculpabiliter putaret aliquid actum esse bonum, qui tamen talis non est à parte rei, ut v. g. mendacium dicere ad tuendam vitam, ita adus esse moraliter bonus, cum ergo, ut adus voluntatis sit moraliter bonus, non requiritur, quod conformetur bonitati obiecti, ut habet esse à parte rei, sed ut proponatur à iudicio practico intellectus, prudenter, & inculpabiliter, etiam si speculatively erraret signum evidens est conformitatem, in qua consistit bonitas moralis, non esse respectum, & habitudinem realem, & ex natura extremorum confluerent, seu adus ex natura rei convenirent, sed ex opera tantum intellectus practici dirigentis, & regulantis, & applicantis, bonitatem obiectivam huius, vel illi subiecto, five ita sit à parte rei, five non. Cont. quia iuxta commune Theologorum loquens dicuntur conscientiae erroneae, praesertim invincibilis, agit bene moraliter, & contra eam faciens peccaret, ergo bonitas moralis non importat conformitatem ad obiectum, uret à parte rei, sed ut proponatur à iudicio practico intellectus five sit ita à parte rei, five non, & consequenter talis conformitas non ponit aliquid reale, & positivum in actu, sed solum denominationem extrinsecam directi, & regulati à tali iudicio desumptam, quam postea concipimus per modum relationis conformitatis ad illud. Denique dari potest, ut supra omisso, quae sit bona in genere moris, vel saltem mala, ergo nec genus moris, nec consequenter aliqua eius species dicit aliquid reale, & physicum, quia nullum tale fundari potest nisi per omissionem, quae est simplex negatio, vel privatio actus praeccepti, probatur assumptum, quia alioquin nulla omisso esset imputabilis.

291 Dices hanc divisionem bonitatis in naturalem, & moralem similem esse illi, quae supra divisimus veritatem in transcendentem, & representativam, sicut ergo illis diximus essentialiter convenire in ratione, & conceptu veritatis, ut sic, q. 7. nu. 176. sic in proposito asserendum videtur de bonitate morali, & naturali, nam eadem rationes hinc inde militare videntur, & utrumque aequè bene probare. Responsum eandem esse rationem de veritate rei, & cognitionis ex una parte, & de bonitate naturali, & morali ex alia non veritas cognitionis, seu in representando consistit in conformitate reali, & quae ex natura rei confurgit inter obiectum, & cognitionem, unde si cognitio non representat obiectum, sicut est à parte rei, non dicitur vera, sed falsa, atque ideo veritas in representando potest essentialiter convenire cum veritate in essendo in conceptu communi veritatis realis, ut sic, sicut autem est de bonitate morali, quia non dicit reale conformitatem ad obiectum, ut sic, sed sicut proponitur à iudicio practico intellectus, five ita se habeat à parte rei, ut ipse dicit, five non atque ideo non videtur aliquid reale positivum importare in actu, sed solum denominationem extrinsecam directi, & regulati à iudicio practico intellectus in ipsum derivatam, atque ideo convenire nequit cum bonitate naturali, quae est convenientia ex natura rei cum appetitu, in conceptu communi bonitatis realis, ut sic, quia ipsa non dicit aliquid reale, & positivum in actu, quod sub bonitas moralis, ita explicatur, ut aliquid reale, & physicum in actibus humanis ponat, plane fatetur de ipsa discurrendum esse suo modo quemadmodum de veritate in essendo, & representando, & ultro asserendum, quod conveniant in conceptu communi bonitatis, ut sic.

Dices, iterum bonitatem moralem nedum dici de actibus, & operationibus voluntatis, sed etiam de obiecto talium actuum, quae dicitur bonitas moralis obiectiva, quamvis ergo bonitas formalis in actu non ponat aliquid physicum, & reale in actu ob rationes praedictas, negari tamen non potest, quod saltem bonitas obiectiva non sit realis bonitas, & à iudicio practico intellectus independens, non enim ideo bonum est honestum in genere moris, ut sic, dare elemosynam, quia recta ratio iudicet esse tale, sed è converso, quia ipsum bonum verè, & in re tale est, ideo verè, & recta ratio iudicet tale.

Responsum in primis, quod cum hanc divisionem bonitatis in transcendentem, & moralem sit similibus divisiōis veritatis in transcendentem, & representativam, sicut per veritatem representativam intelligitur veritas formalis existens in actu non autem obiectiva, ita in praefata divisione bonitatis in transcendentem, & moralem potissime sermo est de bonitate formali, quae convenit actibus, non autem obiectiva. Deinde loquendo de bonitate obiectiva in genere moris, licet Suarez disp. 10. sect. 2. num. 12. ob eam rationem asserat esse bonitatem veram, & realem in rebus, & à iudicio practico intellectus independentem, ideoque, & statim in convenientia ad naturam rationalem, ut sic, in actu primo, probabilis tamen videtur, quod asserunt alii, eam bonitatem obiectivam in genere moris à regula rationis dependere, & ratio est, quia obiectum, seu obiectiva bonitas non tribuit actui bonitatem formalem ut habet esse subiectivum à parte rei, sed ut proponitur, & applicatur à regula rationis, unde si ex conscientia erronea invincibilis putaret quis dicere mendacium veniale ad vitam tuendam esse bonum, bonum esset, licet res non ita se habeat à parte rei, ergo bonitas quoque obiectiva in genere moris proxime saltem consistit in esse tali per regulam rationis rectam, & veram practice, etiam si erraret speculatively, atque ideo non bonitas omnino realis, sicut bonitas transcendens, quod si placeat illam ponere bonitatem realem, & in obiectivo existentem à parte rei independentem à regula rationis, tunc dicendum est, quod convenit in conceptu reali bonitatis, ut sic, cum bonitate naturali. Demum cum asserit Paqualibus bonitatem moralem esse realem bonitatem, non loquitur de bonitate obiectiva in genere moris, sed praesertim loquitur de bonitate formali actu humanorum.

Ex hoc etiam probari potest altera, quae sequitur, particula conclusiva, quod nimirum bonitas moralis non est species quaedam bonitatis transcendentes illam essentialiter includens, ut asserit Paqualibus. Probatur, inquam, quia bonitas transcendentalis dicit aliquid reale positivum in rebus non autem bonitas moralis, ergo haec nequit esse species illius, quia species semper includit naturam generis. Tum quia in hac re non satis consequenter videtur procedere Paqualibus, primo enim inquit, has bonitates convenire essentialiter in conceptu communi bonitatis, ut sic, quia dicit species in eodem conceptu generico convenientes, & immediate postea subdit bonitatem moralem esse quandam speciem bonitatis transcendentes, si ergo ita est, iam non conveniunt in conceptu communi bonitatis, sed potius una est bonitas superior se habens sicut genus, & alia est bonitas inferior se habens respectu illius, ut quaedam species. Neque ejus ratio oppositum probat, sicut enim fallum est, ens reale, quia ens morale non est verè ens reale, & positivum, cum à parte rei non dicit in actu humano nisi denominationem extrinsecam à iudicio practico intellectus desumptam, quam postea concipimus per modum relationis ad illud, ita quoque si huius est bonitas transcendentalis includi essentialiter in bonitate morali, quia haec non est realis bonitas, nec aliquid reale positivum ponit in actu humano, vel libero, sed solum denominationem extrinsecam à dictamine rationis in ipsum derivatam per modum directi, & regulati.

292 Rursus ex dictis sufficienter constat has bonitates scilicet naturalem, & moralem nedum specie, sed etiam à toto genere esse ab invicem distitas, atque diversas, quia una importat aliquid reale positivum in re, alia verò solum extrinsecam denominationem, vel relationem rationis, neque ex hoc quod bonitas moralis fundatur, & subiectatur in naturali, bene deducitur à Paqualibus non esse species, vel genera ab invicem condistincta, ut dicitur ad simile argumentum supra num. 183. loquendo de veritate in essendo, & representando, ubi ob eandem rationem negat Paqualibus, specie inter se distingui; nam accedens recipitur, & fundatur in, & fundatur in, relatio in ente absoluto, ens rationis in ente reali, & tamen nemo negat haec species consistuntur per oppositas, & incompensabiles differentias, sequitur unam non posse fundari in alia, nec esse invicem subordinatas in hoc sensu, ut constat ex eisdem exemplis, quamvis enim ratione talis oppositionis se invicem excludant ab eadem natura, non tamen ita inter se opponuntur, ut una nequeat in alia fundari, & subiectari. Cum autem ait rationes, & species invicem subordinatas in unam coalescere naturam, hoc verum est de speciebus in eodem genere subordinatis, seu de subordinatione essentiali, species namque subalternae ad eandem speciem aeternam constitutionem ordinantur, non autem veram est de subordinatione in diverso genere, quo pacto subalterna dicitur subordinari quantitati, & haec qualitati, quia qualitas immediata recipitur in quantitate, & quantitas in substantia, unde dicitur Paqualibus dum unam subordinationem cum alia confundit, & de bonitate morali, & naturali loquitur, ac si essent subordinatae essentialiter, & in eodem genere, cum tamen sint subordinatae solum in diverso genere, ita optime notavit Doctor quod. 17. cit. lit. I. ubi ait, quod nec bonitas meritoria est aliqua ratio specifica, & completiva in genere moris, nec bonitas moralis est

completiva genere naturae, quia non dicit aliquam bonitatem, vel rectitudinem intrinsecam actui, sed tantum una praesupponit aliam in actu, & illi accidentaliter supervenit, nam in eodem actu meritoria bonitas supponit moralem, & moralem naturalem, & in hoc sensu inquit ibidem has bonitates species non inter se differre, ut disparatas, sed ut subordinatas, quia nimirum una ratio specifica bonitatis est completiva bonitatis praecedentis, non tamen in eodem genere, sed diverso.

Denique probatur ex hoc ultima conclusionis particula, quod istae bonitates non sunt adeo inter se essentialiter diversae, ut constituant species, vel genera bonitatum omnino inter se disparata, nam constat ex modo dictis bonitatem moralem in eodem actu semper supponere naturalem, atque ideo unam subordinari alteri, per modum subiecti, vel praeviae dispositionis, & hoc adeo clarum est, ut quando dicitur Aversis has bonitates constituere species bonitatis inter se disparatas, non credo hanc subordinationem inter illas voluisse negare, ut et tribuit Paqualibus, sed per talem disparationem significare solum voluisse, quod importat rationes essentialiter inter se condistinctas, & non invicem subordinatas in eodem genere, sicut se habent ratio superior, & inferior, quae bonitas transcendentalis sit gradus superior, & moralis inferior in eodem genere, nam sunt bonitates diversorum generum, una spectans ad genus entis, alia ad genus moris, quae tamen genera in hoc sensu subordinata dicitur, quia genus moris supponit genus entis, & in ipso fundatur, & in hoc sensu etiam Doctor quod. cit. art. 3. bonitatem meritoriam, moralem, & naturalem inquit esse species invicem subordinatas, non disparatas, nimirum per species disparatas intelligentes, nedum quae per oppositas constituantur differentias, sed etiam quae ita invicem repugnant, ut una nequeat in alia fundari, & in hoc sensu etiam intelligenda est nostra conclusio, cum dicimus has bonitates non esse adeo inter se diversas essentialiter, ut constituant species, vel genera bonitatum ab invicem omnino disparata, quia videmus unam praesupponere aliam in eodem actu, ac in ea fundari, & subiectari, & si in hoc sensu loquitur Paqualibus, cum ait has bonitates importare diversos gradus bonitatis invicem subordinatos & non disparatos, bene dicitur, & ex eodem ipse loquitur de subordinatione graduum essentiali, & in eodem genere, quo pacto invicem subordinantur species subalternae, in quo sensu fallum est, has bonitates esse invicem subordinatas.

293 Alia quoque famosa, ac laetis frequens tam ad apud Philosophos, quam Theologos divisio est, quae dividitur Bonum in honestum, utile, & delectabile, seu commodum, vel iucundum, & traditur ab Aristotele 2. Ethic. cap. 3. & lib. 8. c. 2. quam divisionem agnoscit Scotus quoque 4. disp. 46. quaestione quarta §. ad quaestione, & quamvis eam ibi assignet bimembrem, scilicet in bonum commodum, & honestum, hoc non est, quia bonum utile non sit bonum ab aliis suo modo distinctum, sed solum quia non habet bonitatem propter se, vel gratia sui appetibilem, sed propter alterum illorum bonorum nimirum commodi, vel honesti, & ideo ad illa reducit, secundum quod ad unum, vel aliud ordinatur, ut expressis verbis ibidem Doctor se declarat eadem, bonum quidem utile, quod ponitur tertium, ad alterum illorum bonorum reducit secundum, quod ad ipsum ordinatur, tradit autem Scotus sibi hanc divisionem, velut boni humani, & naturae intellectualis, seu transcendentes, propter tamen, & primario convenit bono humano, ut etiam fatetur D. Thom. 1. part. quaest. 5. artic. 6. in corpore, quo pacto ita deduci solet praeterea divisionis sufficientia, aut enim homo aliquid appetit, & operatur, quia propter se bonum, & conveniens est, aut quia confert ad alterius boni consecutionem; hoc secundum est bonum utile, quia bonitas est proprie mediorem respectu finis; prima vero bonitas scilicet propter se, & gratia sui est propria finis, verum hoc quoque dupliciter contingere potest, aut enim homo aliquid appetit, vel operatur, quia est recte rationi conforme in genere moris, & per se decens naturam rationalem, ut sic, & hoc dicitur bonum honestum praesens omnino à delectabilitate, sicut dare elemosynam est honestum, quia est per se consentaneum naturae rationali, etiam si impossibile homo sic operans nullam inde caperet commoditatem; aut quia est sibi delectabile, & iucundum, voluntati nempe conveniens secundum affectionem commodi praesens omnino à delectabilitate, & hoc est, quod dicitur bonum delectabile. Ex quo patet, divisionem hanc Boni in honestum, utile, & delectabile hoc modo acceptam esse quandam subdivisionem divisionis praecedentis, quia bonum dividitur in naturale, & morale, cum enim intelligitur divisio ista de bono humano, seu comparato ad naturam, rationalem, ut sic, palam est hanc esse divisionem solius boni morali, quia circa rationalis naturae rationali modo operatur, versatur tantum circa bonum, vel malum morale.

294 Quomodo autem haec divisio possit etiam applicari bono in communi, seu transcendenti, prout abstrahit à bono humano, variè explicatur ab Auctoribus; Smifinch. tract. 3. de Deo quod. 1. §. 2. n. 49. ita explicat, ut bonum honestum inordinè naturae sit passio convertibilis cum ente, quia si ente praesens conceptio aliqua bonitas concipi potest, illa erit appetibilitas ejus per se in ordine naturae, & sic erit bonitas honesta naturalis, atque potest in ente praesens conceptio aliqua bonitas concipi, quia in illo concipi potest perfectio realis, in qua bonitas fundatur. Quod si obicitur bonum honestum